

non erunt, calce | (18) harenato¹⁹ lita politaque et calce uda dealbata recte | (19) facito. Quod opus structile fiet²⁰, in terra calcis | (20) restinctai partem quartam indito²¹. Nive maiorem | (21) caementa²² struito quam quae caementa arda | (22) pendat p.²³ XV, nive angolaria²⁴ altiore Ξ ²⁵ facito. || (3, 1) Locumque purum pro eo opere reddito. | (2) Eidem sacella aras signaque, quae in | (3) campo sunt, quae demonstrata erunt, | (4) ea omnia tollito deferto componito | (5) statuitoque, ubi locus demonstratus | (6) erit, duumvirum arbitrato. |

(7) Hoc opus omne facito arbitrato duovir. | (8) et duoviratum²⁶, qui in consilio esse | (9) solent Puteoleis, dum ni minus viginti | (10) adsient, cum ea res consuletur. Quod | (11) eorum viginti iurati probaverint, probum | (12) esto; quod ieis inprobarint, inprobum esto. | (13) Dies operis: k. Novembr. primeis. Dies pequn.: | (14) pars dimidia dabitur, ubi praedia satis | (15) subsignata erunt; altera pars dimidia solvetur | (16) opere effecto probatoque. C. Blossius Q. f. | $\text{HS} \infty \text{D}$ ²⁷, idem praes.²⁸ Q. Fuficius Q. f.; | Cn. Tetteius Q. f.; C. Granus C. f.; Ti. Crassicius.²⁹

Puteolis, postea Neapoli, ubi exlat in museo (1877. X 4784. Ritschl tab. LXVI). Tribus paginis scripta est, quas duplicibus hastis indicavi. Litterae multo graciliores sunt quam in reliquis titulis illius aetatis; ob hanc potissimum causam titulum restitutum putant aetate imperatoria. — Optime illustravit Th. Wiegand die puteolanische Bauinschrift (Jahrb. f. class. Phil. suppl. XX 1894 p. 661 seq.). — 1) Colonia Puteoli cum deducta sit a. u. c. 560, annus coloniae nonagesimus vere incidit in a. u. c. 649. — 2) A. u. c. 649. — 3) Intellege: portam. — 4) Pedem unum et quadrantem. — 5) in super lapis (cum puncto inter duo vocabula). — 6) Scilicet super ostii lumen (not. 3, cf. Wiegand p. 752). Non recte id insitium olim iudicaverant. — 7) Pedis dodrantem. — 8) Mutulorum vocabulum paullo aliter hic usitatum atque adsolet, cf. Wiegand l. c. p. 759. (Mutuli memorantur etiam supra N. 1879, 3 et fortasse III S. 6846 = 42445.) Pertinent haec iam ad tectum ianuae ex utraque parte imponendum. — 9) Bessem. — 10) Cf. Wiegand p. 767 seq. — 11) Semissem. — 12) Litterae nit contignatae, propter angustias spatii. — 13) Trientem. — 14) Dodrantem. Praecipit lex tabriculas asseribus inassequandas esse ita, ut ne plus dodrantem altera ab altera distet. — 15) Semunciam. — 16) Portulamque. — 17) Idem, scilicet redemptor. Ceterum apparet iam ad alteram operis partem scriptorem legis se convertere. — 18) Scr. pariete. — 19) Cf. Cato de r. r. 18, 7. — 20) Praecepta ponuntur de parietibus struendis. — 21) Cf. Wiegand p. 714. — 22) Caementam. De re cf. Nissen pomp. Stud. p. 58, Wiegand p. 714. — 23) Pondo. — 24) Angulariam. — 25) Triente et semuncia. — 26) Videtur scribendum esse duoviratum. — 27) Sestertis mille et quingentis. Ceterum noli credere Blossium ambitionis causa multo minoris hoc opus redemisse quam re ei erat. — 28) Cf. Festus ep. p. 154 Müll. (manceps dicitur qui quid a populo emit conductive — qui 'idem praes' dicitur, quia tam debet praestare quod promisit quam is qui pro eo praes factus est). Ipse quoque manceps praedis loco se obligare solebat (Momms.). — 29) Praedes quattuor.